Monatlicher Beytrag
zu den
Budißiniſchen wöchentl. Nachrichten.

September 1783.

In Optimum Principem.

Saxonis Auguſti cum ſit tutiſſima vita
    Ciuis amore ſui, præſidioque Dei;
Cur tot alat, quæris, florentes ære cateruas?
    Non ſibi, ſed populo Dux bonus ille timet.

Memoriæ Chriſtiæ.

Inſolabiliter Pyrrhus lugebat amicum
    Communi raptum conditione ſibi.
Alloquii cauſſa, Rex, infit turba clientum:
    Mortalem leti vis inimica tulit.
Æacidan, aiunt, ita reſpondiſſe: quid? iſtud
    Et ſcio vobiscum, nec dolor inde meus.
Sed, quod ceſſaui grates perſoluere dignas
    Pro tantis meritis, hoc mihi corde dolet.
Quid veniente die, quid decedente dolere
    Cogor ego? dictu flebile! cogor idem.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id30143319Z/277